1158 Radisponam regii egrediuntur exercitus, inde innume-
Weif rabilem predam pecudum et aliarum rerum capientes gladiis suis sibi viam parantes[1] ad fauces Alpium perveniunt et, quia omnes incole regionis Alpium a conspectu tantorum exercituum fugerant, victualium et potus nimia exercitus laborabant inopia.[2] Tandem ad montem Pausanum, qui nostro vocabulo Pocyn dicitur,[3] perveniunt, ubi optimi vini maximam inveniunt habundantiam, qua defatigati exercitus recreantur et reficiuntur.[4] Post hec infra montana Brixiensibus[5] Tridentinis per nuncios domni regis data securitate forum victualium et aliarum rerum necessariarum datur optimum. Inde ad preceptum domni imperatoris ponte super ~~Att~~ Aiasim ~~fluvium~~ flumen navibus
Joh. W facto ultra Veronam regiam civitatem progrediuntur et super lacum circa Wardam inter olivas speciosissimas sua figunt tentoria, ubi olivas preciosissimas ad focum et ad equorum stabula et ~~mo~~ malogranata tamquam salices cedi vidimus. Veronenses autem hec considerantes domno regi plurimam offerentes pecuniam eum exorant, ut in campestria Brixiensium, qui contra imperatorem cum Mediolanensibus fuerant confederati,[6] suos moveat exercitus. Qui eorum peticioni satisfaciens versus Brixiam suos movet

pócyn

1) Die Wildheit und Raublust der Böhmen scheint allgemein berüchtigt gewesen zu sein. Vgl. unten Gerlach S. 114; Otto Fris., G. Fr. I, 17, S. 31 (1127); Hist. Welf. 31 S. 40; Burch. Ursp. S. 47 (1166).
2) Den Mangel an Lebensmitteln beim Alpenübergang beklagt auch Otto Fris. zu 1154 (G. Fr. II, 11, S. 113).
3) Ein Bozenberg ist nicht bekannt, wahrscheinlich ist der Rittenberg nördl. Bozen gemeint.
4) Vgl. Otto Fris., G. Fr. II, 41, S. 149 f. u. Gotfr. v. Vit., G. Fr. 263, SS XXII, 313.
5) Muss wohl Brixinensibus heissen von Brixen; ~~Brixienses~~ meinen Brescianer.
6) pecunia magis quam amore Mediolanensium iam corrupti sagt Otto Mor., SS rer. Germ. S. 47.